

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**EXEGESIS || DIVINAE ATQVE || HVMANAE KOI-||nōnias. ||
Autore PETRO BOQVINO || D. Theologo.|| ... ||**

Bouquin, Pierre

Heidelberg, 1561

Cap. VI. De ministerio

[urn:nbn:de:bsz:31-248509](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-248509)

diosa moneo atque hortor.

PRVDENTII PRAEFATIO

in ἀρχαίῳ στυ.

Est tria summa Deus, trinū specimen, uigor unus.
 Corde patris genita est sapientia, filius ipse est.
 Sanctus ab eterno subsistit spiritus ore.
 Tempore nec senior pater est, nec numine maior:
 Nam sapiens retro semper Deus, edidit ex se.
 Per quod semper erat gignenda ad secula uerbum.
 Edere sed uerbum patris est, at cetera uerbi,
 Adsumptum gestare hominem, reparare peremptū,
 Conciliare patri, dextraq; in sede locare.
 Spiritus ista Dei complet, Deus ipse fideles
 In populos Charisma suum diffundere promptus,
 Et patris, & Christi uirtutem in corpora transfert.

De ministerio.

CAP. VI.

ETSI Deus αὐτῶν talis ac tantus
 sit artifex, ut ad quasuis res quā-
 libet magnas atq; arduas efficiendas
 nullis externis adminiculis aut etiam
 instrumentis egeat (id quod uel so-
 lus machinæ mundi huius cōspectus
 euincet) tamen in ea de qua nunc lo-
 quimur

quimur *divina* uti uarijs instrumen-
 tis, ipsius sapientiae uisum esse cogno-
 scimus. Qua in re ipsum suae etiam sa-
 pientiae neque pauca neque uulgaria
 edere specimina, intelligunt qui di-
 uina mysteria religiose expendere
 & norunt, & uolunt. Verum ista nunc
 persequi non libet. Apud omnes pios
 extra dubium est, ministerium diuini-
 tus esse institutum, neque improbari, ni-
 si ab improbis, aut contemni nisi ab
 his qui salutis suae nulla cura tangun-
 tur, posse. Verum magna in eius usu
 cautio adhibenda est. Nam & hac in
 parte, neque minus frequenter, neque mi-
 nus grauius, quam illa peccatur. Ut
 enim eos qui ipsum aut reijciunt aut
 aspernantur, non homines, sed Deum
 ipsum, & reijcere & aspernari diuinae
 literae disertè testantur: ita qui ei plus
 iusto tribuunt (quod & fecisse ante-
 hac multos, & etiamnum facere non
 paucos, minimè est obscurum) idolo-
 latriae speciem quandam committunt.

d Istud

*Ministeriū
 est, diuini-
 tus institū-
 tum.*

Istud aut̄ eos factitare iudico, partim
 quòd ab instrumentis autorem nò sa-
 tis diligenter discernunt: partim q̄
 quid cuiq̄ sit proprium, non satis con-
 siderant. quod dum non faciunt, ter-
 ram, ut est in proverbio, cœlo temerè
 commiscent. Ego sanè componere so-
 leo, ut omnino componi debere iudi-
 co, Spiritū sanctum cum anima: quæ
 uerò foris adhibentur, cum corpore.
 Effecta omnia illi ferenda esse acce-
 pta, facile cognoscit quisquis iudicio
 aliquo est præditus. & id fateri cogi-
 tur qui corpus anima orbatum consi-
 derare uoluerit. ea enim exclusa, pro-
 fus ἀσφγυ & ociosum illud reddi quo-
 tidie experimur. Si itaq̄ πὶ ὑπνοῖα seu
 cogitatione animam à corpore sepa-
 remus (quod cuiq̄ non-stupido est fa-
 ctu facile) agnoscemus uerissimū esse
 quod Epicharmus scitè dixisse tradi-
 tur: νοῦς ὁράει, ἡ νοῦς ἀκούει, τὰ δ' ἄλλα λε-
 φάει τυφλά. Mens est quæ uidet atq̄
 audit, reliqua cæca sunt atque surda.

Spiritus s.
 per ministrum
 uium effi-
 cas.

Qui
 nibus
 ste me
 oculis
 ni, pre
 rem se
 tim gr
 tur, ip
 quod e
 traduc
 genio
 dicio n
 mi æq
 priore
 chre ist
 nitro
 quis, p
 dedit i
 tat, est
 qui da
 minus
 hoc A
 mus:

Qui

Qui spiritui S. in sacris mysterijs, om̄
 nibusq; diuinis rebus minus quā in
 ste menti, & externis rebus, plusq; hie
 oculis atq; auribus tribuere detreca-
 rit, prorsus iniquum rerum æstimator-
 rem se esse demonstrat: & diuinū spiri-
 tum grauissima iniuria afficere cona-
 tur, ipsius laudi malignè inuidens, &
 quod ei proprium est in alium iniquè
 traducens. Sed ne uidear uel meo in-
 genio fidere, aut profani hominis iu-
 dicio nimium tribuere, en Pauli opti-
 mi æquissimiq; iudicis sententia ex
 priore ad Corinth. cap. 3. in quo pul-
 chrè ista de re differit, & autorem à mi-
 nistro ex professo distinguit: *Ego, in-
 quit, plātavi, Apollos rigauit: sed Deus
 dedit incrementū. Itaq; neq; is qui plan-
 tat, est aliquid, neq; qui rigat: sed Deus
 qui dat incrementum.* Quid uetat quo
 minus ad omnes ministerij partes
 hoc Apostoli decretum accommode-
 mus? Siquidem plus elementis mor-

d a tuis

tuis atq; mutis, quàm homini ratione oratione q; utenti, atque ad eò illa trahenti tribuere uelle, planè prapostorum esset: & plus deferre his qui Apostolos sunt secuti, quicq; ipsorum uestigijs ingredi debent, quàm Paulus sibi atq; *σωφρονης* sumpserit, iniquum, ne dicam impium, mihi uideretur. Et uerò ex ea quam eo loco Apostolus tradidit regula, facile intelligi potest, quanam adhibenda interpretatio sit, alijs locis in quibus siue ipse, siue alijs scriptores sacri plusculū ascribere uidentur uel ministris, uel ministerij partibus. & ipsa etiam Epicharmi sententia pulcherrimè demonstrabit. Vulgo enim receptissimæ sunt locutiones, Oculus uidet, Auris audit: uerùm sola mentem & uidere & audire uerissimè affirmatur atq; defenditur. Quis nescit, aliud esse res separatim, aliud coniunctim considerare? Porro ut sciant qui dociles sunt, eam quodque fuisse doctæ uetustatis sententiã,

unum

Locutiones, ut sic dicam, ministeriales quò interpretanda.

unum
bus in
tulo
scholia
ratione
nancia
orum
dicit: ca
de paul
de uis
et q
tū, et
adim
entem
erum
tra fun
insiden
ernam
louere
orum
curuic

unum atq; alterum locum ex ueteribus interpretibus hinc producā. Quæ titulo Hieronymi in Pauli epistolas scholia ab omnib. leguntur, in enarratione cap. 2. epist. ad Rom. idem pronunciat. Prodest, inquit, suo tempore signum, si iusticia cuius est signaculum adsit: ceterum sine illa superfluum est. ac paulo pōst: *Visibilia indigent inuisibilibus, inuisibilia non indigent inuisibiliū, et inuisibilia ueritas sine uisibiliū.* Audimus disertè ista ab illis fecerentem, et cuique sua aptè tribuentē. Verum adhuc expressiora atq; illustriora sunt quæ Chrysostomus in cap. 4. eiusdem epistolæ scribit. *Si, inquit, ex ibernam illam (circumcisionem) tantum habueris, nihil habebis plus reliquis, ne signum quidem. Signum enim tunc est circumcisio carnis, quando res ipsa quoq;*

d 3 hoc

hoc est fides apud te comparuerit: illam
 si non habes, neq^{ue} signum poterit esse si-
 gnum. cuius enim esset signum, cuius si-
 gnaculum ubi res ob signata non fuerit?
 Quod perinde est, ac si crumenam egre-
 gie quidem ob signatam, in qua tamen
 nihil esset reconditum, nobis ostentares.
 Non minus ridicula est circumcisio ex-
 terna, ubi fides intus non fuerit.
 Quid aptius, quid apertius, imò ex-
 pressius dici potuit? Neque est quòd
 quisquam dicat, eum de sola circumci-
 sione sermonem facere. Constat enim
 ipsum, locū explicare doctrine perpe-
 tuæ, ad sacramentaq^{ue} omnia pertinen-
 tem, imò ad ministeriū totum se por-
 rigentem. Quorsum enim Chrysosto-
 mus tam sedulò, tam distinctè de cir-
 cumcisione sola differuisset, quæ sua
 ætate in Ecclesia locum habebat nul-
 lum, & dudum explosa fuerat? Ve-
 rùm ex Apostolico more in hypothe-
 si, the-

35
si, thesim agnoscit, & in particulari doctrina, etiam generalem intelligit: ut Paulus ipse cum alibi, tum in eadem epistola facit, uim iustificandilegi in uniuersum detrahens, dum circumcisioni adimit: atq; subinde a specie ad genus & contra transitum faciens. Adde quod Chrysostomus locum explicat longè pulcherrimum, quem nemo non accommodat in genere ad sacramenta propria (ut sanè erat circumcisio in ueteri populo) & idem faciendū omnes censent, cum eo uix alius aut pulchrior aut illustrior occurrat. Nam quod sit signorū istorum officium, quisue usus, nullibi, quod sciam, æquè disertè, æquè appositè notatur, aut exponitur. Plura proferre huius generis facile possem: sed nihil est opus: cum hæc certa euidentiaq; satis sint: & quæ de partibus recitabuntur, quod de toto dicitur explicabunt, atque illustrabunt.

d 4 DE